

Die V infra Octavam Sanctissimi Cordis Iesu.
Semiduplex.


Ad Matutinum.

Domine, lábi-a me-a apé-ri-es. *℞.* Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.


Invitatorium.

Cantor; LH118


COR Ie-su a-mó-re nostri vulne-rá-tum, * vení-te, a-do-ré-mus. *℞.* Cor. *℣.* Vení-te, exsultémus Dómi-
no, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e- i. *℞.*
Cor. *℣.* Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni-am non repéllet Dóminus plebem
su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. * Vení-te. *℣.*
Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus
ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius,
et o-ves páscu-æ e- ius. *℞.* Cor. *℣.* Hódi-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in



exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt




ó-pe-ra me- a. * Vení- te. *Ps.* Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant



corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in réqui-em me- am.» *A.*



Cor. *Ps.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sá-cu-la



sá-cu-ló-rum. A-men. * Vení- te. *A.* Cor Ie-su a-mó-re nostri vulne-rá-tum, * vení- te, a-do-ré- mus.

Hymnus.


LH120

III

I



E-su, auctor cleménti-æ, To-tí-us spes læ-tí-ti-æ, Dulcó-ris fons et grá-ti-æ, Ve-ræ cordis de-lí-ci-æ.




Ie-su, spes pæ-ni-ténti-bus, Quam pi-us es pe-ténti-bus, Quam bonus te quæ-rénti-bus; Sed quid inve-ni-én-ti-bus?




Tu-a, Ie-su, di-lécti-o, Gra-ta mentis re-fécti-o, Replet si-ne fas-tí-di-o, Dans famem de-si-dé-ri-o.




O Ie-su di-lectís-sime, Spes suspi-rán-tis á-nimæ, Te quærunt pi-æ lácrimæ, Te clamor mentis ín-timæ.



Ma-ne nobís-cum, Dómi-ne, Mane novum cum lúmi-ne, Pulsa noctis ca-lí-gi-ne Mundum replens dulcé-di-ne.



Ie-su, summa be-nígni-tas, Mi-ra cordis iu-cúndi-tas, Incomprehén-sa bó-ni-tas, Tu-a nos stringit cá-ri-tas.




Ie-su, flos Ma-tris vírgi-nis, Amor nostræ dulcé-di-nis, Laus ti-bi si-ne térmi-nis, Regnum be-a-ti-tú-di-nis. A-men.

In I. Nocturno


Psalmus 1.

Ps. 8, 6-7

I a²
G Ló-ri-a et ho-nó-re co-ronásti e-um, Dómi-ne; ómni-a subie-cí-sti sub pé-di-bus e-ius.



Ps. 8



Dómi-ne Dóminus nos- - ter, * quam admi-rá-bi-le est nomen tu-um in uni-vér-sa ter- - ra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * *super cælos.*

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum *et ultórem.*

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ *tu fundásti.*

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hóminis, quóniam *vísitas eum?*

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, † oves et boves univér-sas: * *ínsuper et pécora campi.*

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant *sémitas maris.*

Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra!

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

I g³
M Edi-tá-ti-o cordis me- i in conspéctu tu-o semper, Dómi-ne adiú-tor me-us et redémptor me-us.

Ps. 18

Cæ-li enarrant gló-ri-am De- - i, * et ópe-ra mánu-um e-ius annúnti-at *firmamén-* - tum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat *sciéntiam*.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur *voces eórum*.

In omnem terram exívit sonus eórum: * et in fines orbis terræ *verba eórum*.

In sole pósuit tabernáculum suum: * et ipse tamquam sponsus procédens de thálam^o suo:

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cælo egréssio eius:

Et occúrsus eius usque ad summum eius: * nec est qui se abscondat a calóre eius.

Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas: * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam *præstans párvulis*.

Iustítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda: * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi: * iudícia Dómini vera, iustificáta in *semetíp^sa*.

Desiderábilia super aurum et lápidem pretiósium multum: * et dulcióra super *mel et favum*.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? † ab occúltis meis munda me: * et ab aliénis parce *servo tuo*.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero: * et emundábor a delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * et meditátio cordis mei in conspéctu *tuo semper*.

Dómine adiútor meus: * et redémptor meus.


V a

E



-le-vá-mi-ni, * portæ æ-terná-les, et intro-í-bit Rex gló-ri-æ.

Ps. 23



Dómi-ni est terra, et pleni-túdo e- - ius, * orbis terrá-rum, et uni-vérsi, qui há-bi-tant in e- - o.

Quia ipse super mária fundávit eum, * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini, * aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens mánibus, et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec iurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino, * et misericórdiam a Deo salutári suo.

Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Iacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex glória.


Quis est iste Rex glória? * Dóminus fortis, et potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles, * et introíbit Rex glória.


Quis est iste Rex glória? * Dóminus virtútum ipse est Rex glória.

Glória Patri et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*




Ψ. Dómi-ne da-bis pa-cem nobis. ℞. Omni-a enim ópe-ra nostra ope-rá-tus es nobis.




Pa-ter noster. *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. ℞. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.



EX-áudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu



Sancto vi-vis et regnas in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. **℞.** Amen.

Lectio I.

1 Reg. 12, 1-5

De libro primo Regum.

Dixit autem Sámuel ad univérsum Israël: Ecce audívi vocem vestram iuxta ómnia quæ locúti estis ad me, et constítui super vos regem. Et nunc rex gráditur ante vos: ego autem sénuí, et incánui: porro filii mei vobíscum sunt: ítaque conversátus coram vobis ab adolescéntia mea usque ad hanc diem, ecce præsto sum. Loquímini de me coram Dómino, et coram christo eius, utrum bovem cuiúsqvam túlerim, aut ásinum: si quémquam calumniátus sum, si opprésí áliquem, si de manu cuiúsqvam munus accépi: et contémnam illud hódie, restituámque vobis. Et dixerunt: Non es calumniátus nos, neque oppressísti, neque tulísti de manu alicúius quíppiam. Dixítque ad eos: Testis est Dóminus advérsum vos, et testis Christus eius in die hac, quia non invenéritis in manu mea quíppiam. Et dixerunt: Testis.


℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 1.


R. Io. 6, 48 *Ps.* ibid. 6, 51.52

VII


E



-go sum pa-nis vi- tæ: patres ve- stri mandu-ca- vé-runt manna in de-sérto, et mór- tu-i sunt: †




Hic est pa- nis de cœ- lo descéndens, si quis ex ipso mandu- cá-ve-rit, non mo- ri-é- tur. *Ps.*



E- go sum pa- nis vi-vus, qui de cœlo descé-ndi: si quis mandu- cá-ve-rit ex hoc pane, vi-vet in æ- té- rnum. † Hic.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us * nos bene-dí-ce-re et adiuvá-re digné-tur. **℞.** Amen.

Lectio II.

1 Reg. 12, 6-9


Et ait Sámuel ad pópulum: Dóminus, qui fecit Móysen et Aaron, et edúxit patres nostros de terra Ægýpti. Nunc ergo state, ut iudício conténdam advérsum vos coram Dómino de ómnibus misericórdiis Dómini quas fecit vobíscum et cum pátribus vestris: quómo do Iacob ingressus est in Ægýptum, et clamavérunt patres vestri ad Dóminum: et misit Dóminus Móysen et Aaron, et edúxit patres vestros de Ægýpto, et collocávit eos in loco hoc. Qui oblíti sunt Dómini Dei sui, et trádidit eos in manu Sísaræ magístri militiæ Hasor, et in manu Philisthinórum, et in manu regis Moab: et pugnavérunt advérsum eos.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.


Responsorium 2.

R. Is. 53, 2.5 *V.* ibid., 4; H178


V
E




Cce ví-dimus e- um non habéntem spé-ci- em, ne-que de- có- rem: aspé-ctus e-ius in



e- o non est: hic peccá-ta nostra portá- vit, et pro nobis do- let: ipse au- tem




vulne-rá- tus est propter i-niqui-tá- tes no- stras: † Cu-ius li-vó- re sa-ná- ti su- mus. *V.*



Ve-re languó-res nostros ipse ábstu- lit, et infirmi-tá-tes nostras i- pse por-tá- vit. † Cu-ius.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a * illúmi-net sensus et corda nostra. **R̄.** Amen.

Lectio III.

1 Reg. 12, 10-14

Póstea autem clamavérunt ad Dóminum, et dixerunt: Peccávimus, quia derelíquimus Dóminum, et servívimus Báalim et Astaroth: nunc ergo érue nos de manu inimicórum nostrórum, et serviémus tibi. Et misit Dóminus Ieróbaal, et Badan, et Iephte, et Sámuel, et éruit vos de manu inimicórum vestrórum per circúitum, et habitástis confidénter. Vidéntes autem quod Naas rex filiórum Ammon venísset advérsus vos, dixístis mihi: Nequáquam, sed rex imperábit nobis: cum Dóminus Deus vester regnáret in vobis. Nunc ergo præsto est rex vester, quem elegístis et petístis: ecce dedit vobis Dóminus regem. Si timuéritis Dóminum, et serviéritis ei, et audiéritis vocem eius, et non exasperavéritis os Dómini, éritis et vos, et rex qui ímperat vobis, sequéntes Dóminum Deum vestrum.

Y. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. Ps. 71, 18 *V.* *ibid.*, 19; H102

II
B

Ene-díctus Dóminus De- us Is-ra-el, qui fa- cit mi-ra-bí-li-a so- lus ; †

Et be- ne-díc-tum no- men ma-iestá- tis e- ius in æ- tér- num. *V.* Replé- bi-tur ma-iestá-te e-ius

omnis ter- ra : fí- at, fí- at. † Et. *V.* Gló- ri-a Pa-tri. et Fí-li- o, et Spi-rí- tu-i San-cto. † Et.

In II. Nocturno

Psalmus 4.

Ps. 44, 18

VI F

C

Onfi-tebúntur ti-bi pópu-li, De-us in æ-térnum.

Ps. 44

Eructá-vit cor me-um *verbum* bo- - num, * di-co ego ópe-ra *me-a* Re- - gi.

Lingua mea, *cálamus* scribæ * *velóciter* scribéntis.

Speciósus forma præ filiis hóminum, † *diffúsa* est grátia in lábiis tuis, * *proptérea* benedixit te Deus *in ætérnum*.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * *potentíssime*,

Spécie tua, et pulchritúdine tua, * *inténde*, *próspere* procéde, et regna.

Propter veritátem, et mansuetúdinem, et *iustítiam*, * et dedúcet te mirabíliter *déxtera* tua.

Sagittæ tuæ acútæ, *pópuli* sub te cadent, * *in* corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in *sáculum* *sæculi*, * *virga* directiónis, *virga* regni tui.

Dilexísti *iustítiam*, et odísti *iniquitátem*: * *proptérea* unxit te Deus, Deus tuus *óleo* lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, et gutta, et *cásia* a vestiméntis tuis, a dómibus *ebúrneis*, * *ex* quibus delectavérunt te filia regum in *honóre* tuo.

Astitit regína a dextris tuis in vestítu *deauráto*, * *circumdáta* *varietáte*.

Audi, filia, et vide, et *inclína aurem* tuam, * et *oblivíscere* *pópulum* tuum, et domum *patris* tui.

Et concupíscet Rex *decórem* tuum, * *quóniam* ipse est Dóminus Deus tuus, et *adorábunt* eum.

Et filia Tyri in *munéribus*, * *vultum* tuum deprecabúntur omnes *dívites* plebis.

Omnis glória eius filia Regis *ab intus*, * *in* fimbriis áureis *circumamícta* *varietátibus*.

Adducéntur Regi vírgines *post* eam: * *próximæ* eius *afferéntur* **tibi**.

Afferéntur in lætítia, et *exsultatióne*, * adducéntur in *templum* **Regis**.


Pro pátribus tuis nati sunt *tibi* **fili**i: * *constitues* eos príncipes super *omnem* **terram**.

Mémores erunt *nóminis* **tui**, * in omni generatióne, et *generatióne*m.

Proptérea pópuli confitebúntur tibi in *ætérnum*: * et in *sæculum* **sæculi**.

Glória Patri *et* **Fí**lio, * et *Spirítui* **Sancto**.


Sicut erat in princípío, et nunc *et* **semper**, * et in *sæcula* **sæculórum**. Amen.



C Onfi-tebúntur ti-bi póp-u-li, De-us in æ-térnum.


V a

S



An-cti-fi-cá-vit taberná- cu-lum su-um Al- tíssimus.

Ps. 45



De-us noster re-fúgi-um, et vir- - tus: * adiú-tor in tribu-la-ti-ónibus, quæ invené-runt nos ni- - mis.

Propterea non timébitur dum turbábitur terra; * et transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt, et turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine eius.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio eius, non commovébitur: * adiuvábit eam Deus mane dilúculo.

Conturbátæ sunt Gentes, et inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * susceptor noster Deus Iacob.

Veníte, et vidéte ópera Dómini, † quæ pósuit prodígia super terram: * áuferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, et confrínget arma: * et scuta combúret igni.

Vacáte, et vidéte quóniam ego sum Deus: * exaltábor in Géntibus, et exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * susceptor noster Deus Iacob.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.


VII c

S



I-cut læ-tánti-um ómni-um nostrum ha-bi-tá-ti-o est in te.

Ps. 86



Fundaménta e-ius in móntibus sanc- - tis, * dí-li-git Dóminus portas Si-on, super ómni-a tabernácu-la Ia- - cob.

Gloriósá dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, et Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, et Tyrus, et pópulus Æthíopum, * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: homo, et homo natus est in ea, * et ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum, et princípum * horum, qui fuérunt in ea.


Sicut lætántium ómnium * habitátio est in te.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

Versus.

Is. 12, 1



Ψ. Convēsus est fu-ror tu-us. R̄. Et conso-lá-tus es me.




Pa-ter noster. *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R̄. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.



I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiuvet, * qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sǽcu-la



sǽcu-ló-rum. R̄. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. **℞.** Amen.

Lectio IV.

Encýclica Miserentíssimus Redemptor

Ex lítteris Encýclícis Pii Papæ undécimi.

Quo autem perfectius oblátio nostra nostrúmque sacrificium sacrificio domínico respónderit, idest amórem nostri cupiditatésque nostras immolavérimus et carnem crucifixerimus crucifixióne ea mýstica, de qua lóquitur Apóstolus, eo uberióres propitiatiónis atque expiatiónis pro nobis aliisque percipiémus fructus. Mirífica enim viget fidélium ónium cum Christo necessitúdo, qualis inter caput et cétera córporis membra intercédit, itémque arcána illa, quam fide cathólica profitémur, Sanctórum communióne, cum sínguli hómines tum pópuli non modo coniungúntur inter se, sed étiam cum eódem qui est caput Christus, ex quo totum corpus compáctum et connéxum per omnem iunctúram subministratiónis, secúndum operatióne in mensúram uniuscuiúsque membri augméntum córporis sui facit in ædificatióne sui in caritáte. Quod quidem Mediátor ipse Dei et hóminum Christus Iesus, morti próximus, a Patre postulárat: Ego in eis et tu in me ut sint consummáti in unum.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 4.

R. Io. 6, 57 *Ψ.* Dt. 4, 7

VII

Q

UI man-dú-cat me- am car- nem et bi-bit me- um sán- gui-nem, † In me ma-net et ego in il-

lo. *Ψ.* Non est á-li-a ná-ti-o tam grandis, quæ há-be-at de- os appropinquántes si-bi, si-cut De-us no-ster a-dest nobis. †

In.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ * det nobis gáudi-a vi-tæ. **R.** Amen.

Lectio V.

Quemádmódu*m* ígitur unió*n*em cum Christo profitétur ac firmat consecráti*o*, ita expiátio eá*m*dem unió*n*em, et culpas detergénd*o* ínchoat, et Christi passió*n*es participá*n*do p*er*ficit, et víctimas pro frátribus offerénd*o* consúmmat. Atque id sane miseréntis Iesu consílium fuit, cum Cor nobis suum, insígnia passió*n*is pr*æ*ferens ac flamm*as* amóris osténtans, patére vóluit, scílicet ut hinc infínitam peccáti malítiam coniectá*n*tes, illinc Reparatió*n*is caritátem infínitam admiráti, et peccátum veheméntius detestarémur et caritáti*s* ardéntius vicem redderémus. Et vere expiatió*n*is potíssimum seu reparatió*n*is spíritus primas semper potiorésque partes hábuit in cultu Sacratíssimo Cordi Iesu exhibénd*o*, nihílque eo congruéntius orígini, índoli, virtúti, indústriis quæ huic religió*n*is formæ sunt próp*ri*æ, ut rerum memó*ri*a et usus, sacra item litúrgia atque Summórum Pontíficum acta confirmant.

Ps. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R.** Deo grátias.

Responsorium 5.


R. Is. 53, 7 *Ps.* ibid. 53, 12; H224

IV

S

I-cut o-vis ad occi-si-ó- nem du- ctus est, et dum ma-le tracta-ré- tur, non apé-ru-it os su- um:
trá-di-tus est ad mor- tem, † Ut vi-vi- fi-cá- ret pó- pu- lum su- um. *Ps.* Trá-di-dit in mortem á-nimam
su- am, et inter sce-le-rá-tos re- pu-tá- tus est. † Ut.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. R̄. Amen.

Lectio VI.


Siquidem cum se conspiciendum Margaritæ Mariæ exhiberet Christus, caritatis suæ infinitatem prædicans, simul, mærentis instar, tot tantisque sibi inústas ab ingrátis homínibus iniúrias in hæc verba conquéstus est, quæ útinam in piórum ánimis insidèrent nullaque unquam oblivióne deleréntur: « En Cor illud, inquit, quod tantópere hómínes amávit beneficiisque ómnibus cumulávit, quodque amóri suo infinito non tantum rédditam grátiam nullam invénit, at contra, oblivíonem, negléctum, contumélias, eásque ab iis étiam illátas nonnúnquam, qui amóris peculiáris débito officióque teneréntur ».

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R̄. Deo grátias.

Responsorium 6.

R. Ps. 146, 5 *Ps.* ibid., 6; H101

II
M



Agnus Dómi- nus no- ster, et magna virtus e- ius † Et sa- pi- én- ti- æ e- ius non est
núme- rus. †. Suscí- pi- ens mansu- é- tos Dómi- nus: humí- li- ans autem pecca- tó- res us- que ad ter- ram. † Et. †.
Gló- ri- a Pa- tri. et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i San- cto. † Et.


In III. Nocturno

Psalmus 7.

Ps. 95, 2


II D

A



Nnunti-á-te de di-e in di-em sa-lu-tá-re e-ius.

Ps. 95



Cantá-te Dómino cánti-cum **no- - vum**, * cantá-te Dómino *omnis* **ter- - ra**.

Cantáte Dómino, et benedicite nómini **eius**; * annuntiáte de die in diem *salutare* **eius**.

Annuntiáte inter Gentes glóriam **eius**, * in ómnibus pópulis *mirabilia* **eius**.

Quóniam magnus Dóminus, et laudábilis **nimis**; * *terribilis* est super *omnes* **deos**.

Quóniam omnes dii Géntium *dæmónia*; * Dóminus autem *cælos* **fecit**.

Conféssio, et pulchritúdo in conspéctu **eius**, * *sanctimónia*, et *magnificéntia* in *sanctificatióne* **eius**.

Afférte Dómino pátriæ Géntium, † afférte Dómino glóriam, et *honórem*; * afférte Dómino glóriam nómini **eius**.

Tóllite hóstias, et introíte in átria **eius**; * adoráte Dóminum in átrio *sancto* **eius**.

Commoveátur a fácie **eius** univér^sa **terra**, * dícite in Géntibus quia Dóminus *regnávit*.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur, * iudicábit pópulos in *æquitáte*.

Læténtur cæli, et exsúltet terra, † commoveátur mare, et plenitúdo **eius**: * gaudébunt campi, et ómnia, quæ *in* **eis** sunt.

Tunc exaltábunt ómnia ligna silvárum a fácie Dómini, quia **venit**: * quóniam venit iudicáre **terram**.


Iudicábit orbem terræ in *æquitáte*, * et pópulos in *veritate* **sua**.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. **A.**

V a

L



Ætámi-ni omnes in Dó-mino et confi-témi-ni memó-ri-æ sancti-tá-tis e-ius.

Ps. 96



Dóminus regná-vit, exsúltet ter- - ra, * læ-téntur ínsu-læ mul- - tæ.

Nubes, et calígo in circúitu eius, * iustítia, et iudícium corréctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcédet, * et inflammábit in circúitu inimícos eius.

Illuxérunt fúlgora eius orbi terræ, * vidit, et commóta est terra.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie Dómini, * a fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, * et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant sculptília; * et qui gloriántur in simulácris suis.

Adoráte eum omnes Angeli eius, * audívit, et lætáta est Sion.

Et exsultavérunt filia Iudæ * propter iudícia tua, Dómine.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum, † custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum; * de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est iusto, * et rectis corde lætítia.

Lætámini iusti in Dómino, * et confitémini memóriæ sanctificatiónis eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

V I a²



Idé-runt omnes * fi-nes ter-ræ sa-lu-tá-re De-i nostri.

Ps. 97

Cantá-te Dómino cánti-cum no- - vum, * qui-a mi-ra-bí-li-a fe- - cit.

Salvábit sibi **déxtera** eius, * et bráchium *sanctum* eius.

Notum fecit Dóminus salutáre **suum**; * in conspéctu Géntium revelávit *iustítiam suam*.

Recordátus est misericórdiæ **suæ**, * et veritátis suæ *dómu* Israel.

Vidérunt omnes **términi terræ**, * salutáre *Dei nostri*.

Iubiláte Deo **omnis terra**, * cantáte, et exsultáte, et **psállite**.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara et **voce psalmi**, * in tubis ductílibus, et voce *tubæ córneæ*.

Iubiláte in conspéctu Regis Dómini, moveátur mare, et plenitúdo eius, * orbis terrárum, et qui *hábitant in eo*.

Flúmina plaudent manu, simul montes exsultábunt a conspéctu Dómini; * quóniam venit *iudicáre terram*.


Iudicábit orbem terrárum **in iustítia**, * et pópulos in *æquitáte*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. **A.**

Versus.

Ps. 49, 2-3



Ψ. Ex Si-on spé-ci-es de-có-ris e-ius. R̃. De-us noster mani-féste véni-et.



Pa-ter noster. *secreto usque ad* Ψ. Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R̃. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.

A



víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omnípo-tens et mi-sé-ri-cors Dóminus. R̃. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Evangé-li-ca lécti-o * sit nobis sa-lus et pro-técti-o. **℟.** Amen.

Lectio VII.

Io. 19, 31-37

Léctio sancti Evangélii secúndum Ioánnem.

In illo témpore: Iudæi, quóniam parascève erat, ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Et réliqua.

Homilia sancti Bernardíni Senénsis.

Ioáannes subdit: Unus mílitum láncea latus eius apéruit et contínuo exívit sanguis et aqua. O amor qui ómnia liquas! quómodo pro redemptióne nostra reliquisti dilectórem nostrum? Nam, ut úndique inundáret amóris dilúvium, super nos ruptæ sunt abyssi magnæ; scílicet, penetrália Cordis Iesu, quibus, ad íntima progrédiens, dira láncea non pepércit. Sanguis exívit et aqua. Sanguis in redemptiónem, sed étiam in ablutióne aqua deflúxit; unde formáta est Ecclésia ex látère Christi, ut ætérne únicam atque diléctam a Christo se discat, et ut recognóscat quam displicuit culpa pro qua sanguis divínus ex hómine Deo vivo et mórtuo ita deflúxit. Non enim parva quantitate constámus, si pro nobis sanguis divínus effúnditur.


℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℟.** Deo grátias.

Responsorium 7.

R. Io. 6, 58 *ψ.* Eccli. 15, 3

VIII

M



I- sit me vi-vens Pa-ter, et e-go vi-vo prop- ter Pa- trem: † Et qui man-dú-cat me,



vi- vet propter me. *ψ.* Ci-bá-vit e- os Dóminus pa- ne vi-tæ et in-tel-léctus. † Et.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Di-vínium auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. **R̄.** Amen.

Lectio VIII.

Aqua ad lítteram non cum sáanguine indistíncta deflúxit. Neque enim potuísset ab insipiéntibus comprehénderi, si mixta cum sáanguine defluxísset. Et forte totus sanguis deflúxit ex illo divíno córpore in signum totíus amóris effúsi, post quem humor áqueus egréssus est. Quod quidem est alto mystério factum, ut prius egrederétur ex eódem córpore rédimens prétium, deínde aqua in qua multitúdo populórum redémpta significátur. Sunt enim aquæ multæ, pópuli multi; tamen qui ad christiánam fidem pértinent unus fidélis pópulus sunt, ut non sint aquæ, sed aqua quæ manávit ex látere Christi, sicut prima Corinthiórum cápite décimo Apóstolus ait: Unus panis, et unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane et de uno cálice participámus. Et íterum ad Ephésios, cápite quarto, inquit: Unus Deus, una fides, unum baptísma.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 8.

R. Cantor *Ψ.* ibidem; H223

VII


R




Ecés-sit pastor no- ster, fons a- quæ vi- vâ, ad cu- ius tránsi- tum sol ob- scu- rá- tus est;



nam et il- le captus est, qui captí- vum tenébat pri- mum hómi- nem: † Hó- di- e por- tas



mor- tis et se- ras pá- ri- ter Salvá- tor no- ster dis- rú- pit. *Ψ.* An- te cu- ius conspéctum mors fugit,




ad cu- ius vo- cem mórtu- i re- súr- gunt; vi- déntes autem e- um portæ mortis confrá- c- tæ sunt. † Hó- di- e. *Ψ.*



Gló- ri- a Patri et Fí- li- o et Spi- rí- tu- i San- cto. † Hó- di- e.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ad so-ci-e-tá-tem cí-vi-um supernó-rum * perdúcat nos Rex Ange-ló-rum. *R.* Amen.

Lectio IX.

Notánte tamen adverténdum est quod latus Christi apértum dicitur, non vulnerátum; quóniam próprie vulnus præterquam in vivo córpore fieri nequit. Ait enim Evangelísta Ioáannes: Unus mílitum láncea latus eius apéruit; ut, apérto látere, cognoscámus dilectiónem Cordis sui usque ad mortem, et ad illum ineffábilem amórem eius ingrediámur quo ille ad nos procéssit. Accedámus ergo ad Cor eius, Cor altum, Cor secrétum, Cor ómnia cógitans, Cor ómnia sciens, Cor díligens, immo amóre ardens; et apértam portam intelligámus saltem in amóris veheméntia; cordifórmes ingrediámur ad secrétum ab ætérno abscónditum, nunc vero in morte quasi apérto látere revelátum; quóniam apértio láteris ætérni templi apertióne demónstrat, ubi ómnium existéntium consummáta est felícitas ætérna.

Ps. Tu autem, Dómine, miserére nobis. *R.* Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-témur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur. Ti-bi

omnes Ange-li, ti-bi cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclámant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sába-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis núme-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus laudat

ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis: Vene-rándum

tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.


Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hómi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum. Tu

de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad dèxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.


Genua nunc flectantur omnia.



Iudex crēde-ris esse ventūrus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVENI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUINE REDEMÍSTI.




Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic



he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es, bene-dí-cimus te.



Et laudámus nomen tu-um in sǎcu-lum, et in sǎcu-lum sǎcu-li. Digná-re Dómi-ne di-e isto si-ne peccá-to



nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dómi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne super nos,



quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.




℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Oratio.

O




-ré-mus. De-us, qui nobis in Corde Fí-li-i tu-i, nostris vulne-rá-to peccá-tis, infi-ní-tos di-lecti-ónis thesáuros



mi-se-ri-córdi-ter largí-ri digná-ris; † concéde, quæsumus, ut il-li de-vó-tum pi-e-tá-tis nostræ præstántes obséqui-um, *




dignæ quoque sa-tisfacti-ónis exhi-be-á-mus offi-ci-um. Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: †



qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi oratió-nem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.

V
B



ene-di-cá-mus Dó-

mi-no.℞. De- o

grá- ti- as.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiés-cant in pace. ℞. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. **R.** Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Io. 19, 34

I g
U -nus mí-li-tum * lánce-a la-tus e-ius a-pé-ru-it et contínu-o ex-í-vit sanguis et aqua.

Psalmus 92.

Dóminus regná-vit, de-có-rem indú-tus est: * indú-tus est Dóminus forti-túdi-nem, et *præ-cínxit* se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non *commovébitur*.

Paráta sedes tua ex tunc: * a *sæculo* tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina *vocem* suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vóci-bus aquárum *multárum*.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in *altis* Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem *diérum*.

Glória Patri et Fílio, * et *Spirítui* Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. **A.**

Psalmus 2.

Io. 7, 37-38

IV d

Q

Ui si-tit * véni-at et bi-bat, et de ventre e-ius flu-ent aquæ vi-væ.

Psalmus 99.

Iubi-lá-te De-o *omnis ter- - ra*: * serví-te Dómi-no in læ-tí-ti-a.

Introíte in *conspéctu eius*, * in *exsultatióne*.

Scitóte quóniam Dóminus *ipse est Deus*: * *ipse fecit nos, et non ipsi nos*.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: † introíte portas eius in *confessióne*, * átria eius in hymnis: *confitémini illi*.


Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum *misericórdia eius*, * et usque in generatióne et generatióne *véritas eius*.

Glória *Patri et Fílio*, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*


Psalmus 3.

Cf. Ier. 31, 3



I N ca-ri-tá-te perpé-tu-a * di-léx-it nos De-us, íd-e-o exaltá-tus a terra, attráx-it nos ad Cor su-um mí-se-rans.

Psalmus 62.



De-us De-us me- - us * ad te de *lu-ce ví-gi-lo.*

Sitívit in te ánima **mea**, * quam multipliciter tibi *caro mea*.

In terra desérta et ínvia et inaquósa: † sic in sancto apparui tibi, * ut vidérem virtútem tuam et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super **vitas**: * lábia mea *laudábunt* te.

Sic benedícam te in vita **mea**: * et in nómine tuo levábo *manus meas*.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima **mea**: * et lábiis exsultatiónis *laudábit os meum*.

Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis meditábor **in** te: * quia fuísti *adiútor meus*.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhæsit ánima mea **post** te: * me suscepit *déxtera tua*.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferióra **terræ**: * tradéntur in manus gládii, partes *vúlpium* erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium *iníqua*.


Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*

IV E 

V E-ní-te ad me * omnes qui la-bo-rá-tis et o-ne-rá-ti estis et e-go re-fi-ci-am vos.

Canticum trium puerorum, Dan. 3, 57-88 et 56



Bene-dí-ci-te ómni-a ó-pe-ra Dómi-ni **Dómino**: * laudá-te et super-exaltá-te *e-um in sæ-cu-la*.

Benedícite Angeli Dómini **Dómino**: * benedícite *cæli* **Dómino**.

Benedícite aquæ omnes quæ super *cælos sunt* **Dómino**: * benedícite omnes virtútes *Dómini* **Dómino**.

Benedícite sol et *luna* **Dómino**: * benedícite *stellæ cæli* **Dómino**.

Benedícite omnis imber *et ros* **Dómino**: * benedícite omnes *spíritus Dei* **Dómino**.

Benedícite ignis et *æstus* **Dómino**: * benedícite *frigus et æstus* **Dómino**.

Benedícite rores et *pruína* **Dómino**: * benedícite *gelu et frigus* **Dómino**.

Benedícite glácies et *nives* **Dómino**: * benedícite *noctes et dies* **Dómino**.

Benedícite lux et *ténebræ* **Dómino**: * benedícite *fúlgura et nubes* **Dómino**.

Benedícat *terra* **Dóminum**: * laudet et superexáltet *eum in sæ-cu-la*.

Benedícite montes et *colles* **Dómino**: * benedícite univér-sa germinántia *in terra* **Dómino**.

Benedícite *fontes* **Dómino**: * benedícite *mária et flúmina* **Dómino**.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in *aquis* **Dómino**: * benedícite omnes *vólucres cæli* **Dómino**.

Benedícite omnes béstiæ et *pécora* **Dómino**: * benedícite filii *hóminum* **Dómino**.

Benedícat *Israel* **Dóminum**: * laudet et superexáltet *eum in sæ-cu-la*.

Benedícite sacerdótes *Dómini* **Dómino**: * benedícite servi *Dómini* **Dómino**.

Benedícite spíritus et ánimæ iustórum **Dómino**: * benedícite sancti et húmiles corde **Dómino**.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísaél **Dómino**: * laudáte et superexaltáte *eum in* **sæcula**.

Benedicámus Patrem et Fílium cum *Sancto* **Spíritu**: * laudémus et superexaltémus *eum in* **sæcula**.

Benedíctus es *Dómine in firmaménto* **cæli**: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus *in* **sæcula**.

Hic non dicitur Gloria Patri, neque Amen.




V E-ní-te ad me * omnes qui la-bo-rá-tis et o-ne-rá-ti estis et e-go re-fí-ci-am vos.

Psalmus 5.

Prv. 23, 26


I g

F



I-li * præbe mi-hi cor tu-um et ócu-li tu-i custódi-ant vi-as me-as.

Psalmus 148.



Laudá-te Dómi-num de cæ- - lis: * laudá-te e-um *in excél- - sis.*

Laudáte eum omnes **Angeli** eius: * laudáte eum omnes *virtútes* eius.

Laudáte eum **sol** et **luna**: * laudáte eum omnes *stellæ et lumen.*

Laudáte eum **cæli cælórum**: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini.*

Quia ipse **dixit**, et **facta** sunt: * ipse mandávit, *et créata* sunt.

Státuit ea in ætérnum et in **sæculum sæculi**: * præcéptum pósuit, et non *præteríbit.*

Laudáte Dóminum de **terra**, * **dracónes** et omnes *abýssi.*

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus **procellárum**: * quæ faciunt *verbum* eius:

Montes et **omnes colles**: * ligna fructífera et *omnes cedri.*

Béstia et univér^sa **pécora**: * serpéntes et *vólucres pennátæ.*


Reges terræ et **omnes pópuli**: * príncipes et omnes *iúdice* terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent **nomen Dómini**: * quia exaltátum est *nomen eius solíus.*

Conféssio eius super **cælum** et **terram**: * et exaltávit cornu *pópuli sui.*

Hymnus ómnibus **sanctis** eius: * filiis Israel, pópulo *appropinquánti sibi.*

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino **cánti-cum no- - vum: *** laus e-ius in ecclé-si-*a sanctó-* - rum.

Lætétur Israel in eo qui **fecit eum: *** et filii Sion exsúltent in *rege suo*.

Laudent nomen eius in **choro: *** in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in **pópulo suo: *** et exaltábit mansuétos *in salútem*.

Exsultábunt **sancti in glória: *** lætabúntur in *cubílibus suis*.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: ***** et gládii ancípites in *mánibus eórum:*

Ad faciéndam vindíctam in **natióibus: *** increpatiões *in pópulis*.

Ad alligándos reges eórum **in compédibus: *** et nóbiles eórum in *mánicis férreis*.

Ut fáciant in eis iudícium **conscríptum: *** glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in **sanc-** - tis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus *laudet* Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et **nunc** et **semper**, * et in sæcula sæculórum. Amen.

F I-li * præbe mi-hi cor tu-um et ócu-li tu-i custódi-ant vi-as me-as.

Capitulum.

Eph. 3, 14-17

F

Ratres: Mi-hi ómni-um sanctó-rum mí-nimo da-ta est grá-ti-a hæc, † in géntibus e-vange-li-zá-re investi-gá-bi-les

di-ví-ti-as Christi; * et illuminá-re omnes, quæ sit dispensá-ti-o sacraménti abscondi-ti a sá-cu-lis in De-o. **R.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Mt. 11, 29

VI

T

Olli-te iugum me-um super vos * Et dísci-te a me. Tólli-te. **Ps.** Qui-a mí-tis sum et húmi-lis corde. * Et. **Ps.**

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Tólli-te.

Hymnus

I

C

OR, ar-ca legem cón-ti-nens, Non servi-tú-tis vé-te-ris, Sed grá-ti-æ, sed vé-ni-æ, Sed et mi-se-ri-córdi-æ.

Cor, sanctu-á-ri-um no-vi Inteme-rá-tum foé-de-ris, Templum ve-tú-sto sáncti-us, Ve-lúm-que scisso u-tí-li-us.

Te vulne-rá-tum cá-ri-tas Ictu pa-tén-ti vó-lu-it, Amó-ris in-vi-sí-bi-lis Ut ve-ne-rémur vúl-ne-ra. Hoc sub amó-ris


sýmbo-lo Pá-s-sus cru-énta et mýsti-ca, Utrúm-que sa-cri-fi-ci-um Christus Sa-cér-dos óbtu-lit. Quis non amántem ré-damet?

Quis non redémptus dí-li-gat, Et ca-ri-tá-te iú-gi-ter Hæ-ré-re Christo gesti-at? Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a,

Qui Corde fundis grá-ti-am, Cum Patre et al-mo Spí-ri-tu In sem-pi-térna sá-cu-la. A-men.

Versus.

Is. 12, 3



℣. Hauri-é-tis aquas in gáudi-o. ℞. De fón-tibus Salva-tó-ris.


Canticum Zachariæ.

Io. 19, 36-37



Acta sunt enim hæc, * ut Scriptúra imple-ré- tur quæ di-cit: Vi-dé-bunt in quem transfi-xé-runt.

Lc. 1, 68-79



Bene-díctus Dóminus De-us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis su- - æ.*

Et eréxit cornu salutis **nobis**, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt* nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus **nostris**: * et memorári testaménti *sui sancti*.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem **nostrum**, * datúrum *se nobis*:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * *serviámus illi*.

In sanctitáte et iustítia coram **ipso**, * ómnibus diébus **nostris**.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre *vias eius*:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi eius, * in remissionem peccatórum *eórum*:

Per víscera misericórdiæ Dei **nostris**: * in quibus visitávit nos, *óriens ex alto*:


Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis **sedent**: * ad dirigéndo pedes nostros in *viam pacis*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.




Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Ps. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. De-us, qui nobis in Corde Fí-li-i tu-i, nostris vulne-rá-to peccá-tis, infi-ní-tos di-lecti-ónis thesáuros



mi-se-ri-córdi-ter largí-ri digná-ris; † concéde, quázsumus, ut il-li de-vó-tum pi-e-tá-tis nostræ præstántes obséqui-um, *




dignæ quoque sa-tisfacti-ónis exhi-be-ámus offi-ci-um. Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um



tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.


Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



̄. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. R̄. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

I
B



E-ne-di-cámus Dó-mino. R̄. De-o grá-ti-as.

Ad Vesperas.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,

et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Io. 19, 34

U ^{I g} -nus mí-li-tum * lánce-a la-tus e-ius a-pé-ru-it et contínu-o ex-í-vit sanguis et aqua.

Psalmus 109.

Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a *dextris* me- - is:

Donec ponam inimicos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum *genui* te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem *Melchisedech*.

Dóminus a *dextris* tuis, * confrégit in die iræ *sue* reges.

Iudicábit in natióribus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra *multórum*.

De torrén-te in via *bibet*: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sǎcula sǎculórum. Amen. *A.*

Psalmus 2.

Io. 7, 37-38

IV d

Q

Ui si-tit * véni-at et bi-bat, et de ventre e-ius flu-ent aquæ vi-væ.

Psalmus 110.

Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congre-ga-ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in *sæculum* **sæculi**.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit *timéntibus* se.

Memor erit in *sæculum* testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit *pópulo suo*:

Ut det illis hæreditátem **géntium**: * ópera mánuum eius *véritas et iudícium*.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in *sæculum* **sæculi**: * facta in *veritate et æquitáte*.

Redemptiónem misit *pópulo suo*: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile *nomen* eius: * inítium sapiéntiæ *timor* Dómini.


Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in *sæculum* **sæculi**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


Psalmus 3.

Cf. Ier. 31, 3



I N ca-ri-tá-te perpé-tu-a * di-léx-it nos De-us, íd-e-o exaltá-tus a terra, attráx-it nos ad Cor su-um mí-se-rans.

Psalmus 115.



Cré-di-di, propter quod locú-tus sum: * ego autem humi-li-á-tus sum ni- - mis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis *homo mendax.*

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini *invocábo.*

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósá in conspéctu Dómini mors *sanctórum eius:*

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini *invocábo.*

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli eius, * in átriis domus Dómini, in médio tui, *Ierúsalem.*

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum. Amen.* *A.*

Psalmus 4.

Prv. 23, 26


I g

F



I-li * præbe mi-hi cor tu-um et ócu-li tu-i custódi-ant vi-as me-as.

Psalmus 127.



Be-á-ti omnes qui ti- - ment Dóminum, * qui ámbu-lant in *vi-is* e- - ius.

Labóres mánuum tuárum quia **manducábis**: * beátus es, et bene *tibi* erit.

Uxor tua sicut **vitis** abúndans, * in latéribus *domus tuæ*.

Fílii tui sicut novéllæ **olivárum**, * in circúitu *mense tuæ*.

Ecce sic benedicétur **homo** * qui *timet* Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex **Sion**: * et vídeas bona Ierúsalem ómnibus diébus *vite tuæ*.

Et vídeas filios filiórum tuórum, * pacem *super* Israel.

Glória Patri et Fílio, * et *Spiritui* Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. **A.**

Capitulum.

Eph. 3, 14-17

F

Ratres: Mi-hi ómni-um sanctó-rum mí-nimo da-ta est grá-ti-a hæc, † in géntibus e-vange-li-zá-re investi-gá-bi-les

di-ví-ti-as Christi; * et illuminá-re omnes, quæ sit dispensá-ti-o sacraménti abscondi-ti a sá-cu-lis in De-o. ℞. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5

VI

E

-go di-xi, Dómi-ne, * Mi-se-ré-re me-i. Ego. ♯. Sana ánimam me-am, qui-a peccá-vi ti-bi. Mi-sé-ré-re. ♯.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Ego.

Hymnus

I

A

Uctor be-á-te sácu-li, Chri-ste, Redémptor ómni-um, Lumen Patris de lúmi-ne, De-úsque ve-rus de De-o.

Amor co-é-git te tu-us Mortá-le corpus súde-re, Ut novus A-dam rédde-res, Quod ve-tus ille abstú-le-rat.

Ille amor, almus árti-fex Terræ ma-risque, et sí-de-rum, Errá-ta pa-trum mí-se-rans, Et nostra rumpens víncu-la.


Non Corde discé-dat tu-o Vis illa amó-ris íncli-ti: Hoc fonte gen-tes háu-ri-ant Remis-si-ó-nis grá-ti-am.

Ad hoc a-cérbam lánce-am, Passúmque ad hoc est vúlne-ra: Ut nos la-vá-ret sórdibus, Unda flu-énte, et sán-gui-ne.

Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui Corde fundis grá-ti-am, Cum Patre, et al-mo Spí-ri-tu, In sempi-térna sácu-la. A-men.

Versus.


Is. 12, 3




℣. Hauri-é-tis aquas in gáudi-o. ℞. De fón-tibus Salva-tó-ris.

I f

A




D Ie-sum autem * cum venissent, ut vi-dé-runt e-um iam mórtu-um, non fregé-runt e-ius cru-ra: sed unus mí-li-tum



lánce-a la-tus e-ius apé-ru-it, et contínu-o ex-í-vit sanguis et aqua.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.

Et exsultá-vit spí-ri-tus me- - us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- - o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum *nomen* eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente *cordis sui*.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.


Glória Patri et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.




A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. De-us, qui nobis in Corde Fí-li-i tu-i, nostris vulne-rá-to peccá-tis, infi-ní-tos di-lecti-ónis thesáuros



mi-se-ri-córdi-ter largí-ri digná-ris; † concéde, quæsumus, ut il-li de-vó-tum pi-e-tá-tis nostræ præstántes obséqui-um, *




dignæ quoque sa-tisfacti-ónis exhi-be-ámus offi-ci-um. Per e-úmdem Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um



tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.


Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



̄. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. R̄. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B



Ene-di-cámus Dó- mino. R̄. De- o grá- ti- as.